Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Item in natale sancti Cipriani cuius supra

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

iam tunc praefigurabat aduen
tum dni ſaluatoriſ. Nam botruſ
in falanga ſuſpenſuſ in cruce
xpſ adpenſuſ oſtenditur. Duo
autem in falanga portanteſ uuam
duo populi demonſtrantur: xpia
nuſ utiq; uel iudeuſ. Et ſicut
moſ eſt portantium unuſ praece
denſ alter ſubſequenſ ita prior
iudeorum deſignatur populuſ.
xpianorum ſecunduſ. Et ſicut
ante cedenſ non uidet retrorſum
id ſemper habenſ quadam dorſi
auerſione contemnit; qui autem
ſequitur ſemper id oculiſ perſpi
cit ſemper cuſtodit obtutibuſ.
ſemper corporiſ uicinitate potit.
ita ergo iudaeuſ et xpianuſ popu
luſ. Iudaeuſ enim prior eſt.
xpm in lege portat et neſcit.
et retrorſum eum ponenſ quadã
dorſi auerſione contemnit.
Vnde ait propheta. Obſcuren
tur oculi eorum ne uideant. et
dorſum eorum ſemper incurua.
Chriſtianuſ uero ſequenſ populuſ.
xpm ſemper oculiſ aſpicit. ſem
per cuſtodit obtutibuſ et qua
dam graduum ſuorum uicinita
te complectitur. Et quanto
eum ille populuſ prauo itinere poſt
ſe relinquit tanto eum iſte di
recto curſu feſtinat adtingere.

LXXVIIII ITEM IN NATAL SCI CY
PRIANI CUIUS SUPRA.

IN martyrio beatiſſimi cypriani
fratreſ kmi uniuerſa nobiſcum
xpi exultat eccleſia. quam in nomi
ne gaudium et caeleſtiſ eruditi
one ſermoniſ inſtruxit et mu
nere triumphaliſ ſanguiniſ de
corauit. Fuit enim in eo ſicut
compertum habemuſ et contra
erroreſ diaboli ſpiritaliſ ſapien
tiae plenitudo. et aduerſuſ per
ſecutioneſ mundi xpiani pectoriſ
infatigata conſtantia.

Quiſ non huiuſ modi uirum quantiſ
ualet preconiiſ proſequatur. cuiuſ
eloquentia inſpirata diuinituſ.
et eccleſiaſ docuit et ſaeculum
confutauit. Vere hic mirabiliſ
atque omnium ubique ſtudiiſ
caelebranduſ. quem ſcitaſ ſacerdo
tem peritia doctorem fideſ
martyrem conſecrauit. Preti
oſa inquit dauid in conſpectu dni
morſ ſcorum eiuſ. Videte kmi
in quantum uenerabiliſ cypria
nuſ etiam propheticam ſuper
greſſuſ eſt laudem. cuiuſ in con
ſpectu dni non ſolum morſ ſed et
uita extitit pretioſa. Morien
do namque proprium xpo ſangui
nem dedit. uiuendo nihil ominuſ
cohortatione fortiſſima innume
roſ caelo martyreſ adquiſiuit.

Quid hoc clarius sacerdote · qui inter
hominum turbas gloria caelestis
conuersationis emicuit · atq; inter
angelicos coetus · & sua factus est
& aliorum morte conspicuus ·
Iustissime hic cum patriarcha dauid
cantauit dño dō suo dicens ·
Cor meum & caro mea exulta
uerunt in dō uiuo · Exultauit
itaq; cor eius in dō uiuo · cum mo
rientis ac morituri saeculi uani
tate despecta · totum se diuinis
mancipauit obsequiis · Exulta
uit & caro eius in dō · quae de hoc
mundo non miseri corruptione
languoris · sed pius pro religione
supplicus consecrata migrauit ·
Hic est ille euangelicus pater fami
lias · proferens de thesauro suo
noua & uetera · qui ueteris nouiq;
testamenti unum atq; idipsum
misterium praedicans · ecclesias
xpi locupletissima disputatione
ditauit · Incorruptibilis atq;
indefessus illius est hodieq; ther
aurus · qui pecuniam dñi sui num
mularius faenerans · cottidie in
corde fidelium caelestium diuiti
arum sc̄am conquirit usuram ·
Quid igitur fratres tanto speciosi
us uiro · cuius haec est regula &
mensura sermonis · ut inter uarias
hominum causas motusq; diuersos ·
nunc affectione patris · nunc aucto
ritate doctoris · consoletur humiles ·
superbos comprimat · Neglegentes
arguat · Increpet infideles ·
Tanto deniq; decore sacerdotium qui
tamq; suam uir fidelissimus adorna
uit · ut doctrinam suam subsequen
tibus confirmaret operibus · do
minicam illam sententiam
tenens · qui docuerit & fecerit sic
magnus uocabitur in regno cae
lorum · Quam magnus hic
quamq; praecipuus in regno caelo
rum est · quem in omnem gloriam
sermo propheticus · uita mirabilis ·
& mors dō deuota sublimat ·
Nec inmerito fratres tanto cum ho
nore nominis eius memoria per
amplissima mundi spatia caele
bratur · quia per uniuersum orbem ·
ad firmamentum fidei nostrae ·
& passio eius & doctrina profecit ·

DOM V POST SCI LAURENTII ·
LEC SCI EUA SEC LUCAM

In illo temp · Et factum est cum in
traret ihs in domum cuiusdam princi
pis phariseorum sabbato manducare
panem · & ipsi obseruabant eum ·
Et ecce homo quidam ydropicus erat
ante illum · Et reliqua ·

LXX SERMO UENERABILIS BEDAE · PRESBITERI · DE EADEM · LECTIONE